Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8158
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sol domiciliu primi huius trigo=
ni octaue domus nam in
mortuorum hereditatibus fehice
fortunatus ve reddit eu qz fine
in honoribus et diuitiis cyclu=
dere significat: hoc etiam
Iupiter promittit qui sedus
dns huius trigoni est. Sa=
turnus vero tertius dns in
sua domo exens in aspectu
sextili Solis in diuitiis nobi=
litate altitudine & principatu
mortem decernit cu ingenti
nominis fama Mars mortis
in domo 12 in 29 gradu
piscium in Sextili Saturni radia=
tione: mortem accidere decer=
nit ex humoribus frigidis. & le=
sionem vl offensionem aque
ad uite usqz desperatoz decernit
Iupiter aut dns diete partis
in domo 8 cu venere omnes
accidentales morte auffert.